HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 39v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pplm deuorantē occurrisse. et stetisse
medium. et opposuisse murum pro
salute ppli. Hieremie quoque dr. ne oc
currat dno. neque stet contra iram eius
orationis perseuerantia. Sicut enim mu
rus hostis opponitur. et aduersario oc
curri solet ex aduerso contraque ue
nienti. ita dei sentencia scorum precibus
frangitur. Unde et moysi dr. Dimitte
me et delebo pplm istum. Cui enim
dr. dimitte me. ostenditur quod tenen
di habeat facultatem. Isti stare non
possunt in prelio in die dni. ut pro plo
precibus dimicent. et resistant obsecra
tionibus sentencie dei. Quia igitur uana con
spiciunt. et diuinant mendacium. et
a dno missos esse se dicunt cum non sint
missi ab eo. et perseuerant in erroribus. et
suum cupiunt firmare sermonem.
arguuntur quod omnia sint cassa. que predi
cant. suum mendacium. dni sermo
nes esse dicentes. Porro uixta lxx. hic
est sensus. Omnes heretici propter fraudu
lentiam ac nequitiam uulpibus similes sunt.
De quibus saluator loquitur. Vulpes foueas
habent. et uolucres celi nidos. Et de
herode scriptum est. Dicite uulpi huic.
Et de hisdem uulpibus que paruulos
simplicesque decipiunt et depopulantur
uineam xpi. salomon loquitur. Capi
te nobis uulpes paruulas. dissipan
tes uineas. Et in psalmo super his qui
eorum fraudulentia supplantantur ca
nitur. Introibunt in inferiora terre tra
dentur in manus gladii. partes uul
pium erunt. Hii prophete qui uulpi
bus similes sunt. non steterunt in firma
mento nec cum petro audire me-

ruerunt tuis petrus. et super hanc petram
edificabo ecclam meam. nec moysi
similes sunt. cui dictum est. tu uero hic
sta mecum. nec illi qui dicebat. sta
tuit super petram pedes meos. sed fluc
tuant omni uento doctrine. nec
steterunt in firmamento. de quo in
octauo. x. psalmo legimus. Celi enar
rant gloriam dei. et opera manuum eius an
nuntiat firmamentum. Isti congre
gauerunt irrationabiles quosque et
propter nimiam innocentiam pecu
dum similes contra domum dei. Unde
nunc dr. Et congregauerunt gre
ges super domum israel. nec surrexerunt
ipsi. nec alios suscitare potuerunt. sed
quecumque egerunt. et agunt. ple
na mendaciis sunt. Quodque sequitur et ce
perunt suscitare sermonem. illud sig
nificat. quod uelint quidam consur
gere. et se ad excelsa sustollere. sed
quod cupiunt implere non possunt
drque eis. Nonne uisionem falsam
uidistis. et diuinationes uanas
locuti estis. Quodque sequitur. et dicebatis
dicit dns. et ego non sum locutus
in lxx. non habetur.

Propterea hec dicit dns ds. Quia
locuti estis uana. et uidistis men
dacium. ideo ecce ego ad uos ait
dns ds. et erit manus mea super pro
phas qui uident uana. et diuinant
mendacium. In consilio ppli mei
non erunt. et in scriptura domus
israel. non scribentur. nec in ter
ram israel ingredientur. et scietis quia
ego dns ds. Lxx. Ideo dic. hec dicit
adonay dns. Quo uera uerba men